

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


**Klägliches Auff und Ab, dann die deutsche Aufrichtigkeit
ist kommen hin ab unter die Erden, welches betaurt dise
kurtze Ehren-Rede bey einer volckreichen und adelichen
Leich-Begängnuß ...deß**

Abraham <a Sancta Clara>

Linz, 1702

Elogium Funebre

[urn:nbn:de:bsz:31-129340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129340)



ELOGIUM FUNEBRE

Perillustris ac Clarissimi Domini

JOANNIS DE EILERS,

Sacrae Caes. Majestatis Consilarii, Secretarii, ac Referendarii Intimi, qui Viennae in Austria pie obiit die
14. Aprilis, Anno 1702.

Quis jacet hic?

Quæris, aut conquereris?

En Viator!

Sub hoc Saxo non jacet Saxo,

Sed Westphalus,

Ibi natus, ast Viennæ motus;

Ubi multa docenda fecit, & facienda
docuit;

Calamo Insignis erat, non Calamistro,

Nam Baldum gessit in ore,

Sebaldum in pectore.

Hinc maximè dolemus, quòd Vir

Minimè dolosus sit nobis abreptus.

Nunquam tenuit hic cum Mammalnkis,

Minimus

1702

Minus verò cum Mammonitis, &c.
Et idè aureus fuit,
Quia post aurum non abiit.
Cæsari fuit ab arcanis, ostenditque semper
Senecam in Tacito.
Oris erat Teutonici, licèt non Ordinis,
Et quod in Mento fixit,
In Mente dixit.
Intimus fuit Referendarius,
Ast Intimum, ùt Infimum
Se reputabat,
Maluit enim esse humilis, quàm humiliatus.
Pronus erat in Proximi usum,
Promptior tamen
In propriam usuram,
Domino enim sceneratur, ait sacra pagina,
Qui miseretur pauperis.
Omnes largam accepere stipem,
Qui ab eo petierunt in nomine illius,
Qui pro nobis in stipite mortuus.
Plangunt igitur pauperes, vociferantur orphani,
Quòd ablativa Mors
Falem ipsis surripuerit dativum.
Vos autem Venerabiles DEI Mystæ, & tu
Sacra Ascetarum Cohors!
Quid amisistis?
Auisimus Joannem, qui verus nobis erat

Bo-

Bonifacius,
Amisimus Joannem cum aquila, qui
Nos, ut pullos suos, fovit.
Amisimus Joannem in Aprili, qui semper
Constantissimus exitit noster tutor.
Amisimus Joannem in die Parasceves,
O lugubre Matutinum tenebrarum!
Ubi nostra lux est extincta,
Plange igitur Viator, aut potius laudem
pange, nam hic ad S. Stephanum
quiescit.
Qui laudatissimè sua dilapidavit in pauperes.

